

Domini ex tota virtute sua, in bonum, sive ut ad benefaciendum et subveniendum visitaret omnem domum Israel. De populo verò paulò ante dixerat idem textus: *Populus erat jejunans dies complures in omni Judæa et Hierusalem ante faciem sanctorum Domini omnipotentis.* Sed quomodò, *κατὰ πρόσωπον τοῦ κυρίου*, ante faciem sanctorum? Nam cum sancta ista Hierosolymis tantùm essent, quomodò, qui in cætera Judæa tota erant, coram hisce sanctis jejunabant? Imò, qui Hierosolymis etiam versabantur, quomodò ante sancta eadem jejunare dicebantur? Sanè ad Hierosolymitas tantùm possunt sancta ista referri, et coram his jejunare dicuntur, quia jejuni diebus precatìoni maximè vacabant, penèque in templo assidui commorabantur. Si ad alios verò, qui, extra Hierosolymam, aliis in locis habitabant, sancta etiam ista referantur, dicendum dupliciter solitos eos ante ipsa similiter orare ac jejunare. Primò quidem, quia habebant synagogas, seu *συναγωγὰς*, in quibus et quædam templi similitudo erat, dum pro Sancto sanctorum et arcà, in qua Dealogus, erat ipsis locus in quo lex asservabatur, uti et hominè in eorum Synagogis videntur. Ad has ipsi, dum preces et jejunia indicenter, conveniebant, uti clarum ex historià illà, quam de Jonathà et scirpò, lib. de Vita suà refert Josephus in Tyberiadensi prosenchà. Deinde cum horum aut nihil habebant, aut domi certè precabantur, ad templum et Sancta sanctorum sese convertere

CAPUT V.

1. Nuntiatumque est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quòd filii Israel præpararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent (1):
2. Et furore nimio exarsit (2) in iracundià magnà, vocavitque omnes principes Moab et duces Ammon (3).
3. Et dixit eis: Dicite mihi (4) quis sit

(1) Græcus: *Et transitus montium conclusurunt, et monti circum dederunt omnes cacemuram montis excelsum, et posuerunt in campis scandala.* Vox *scandalum* significat hic impedimenta, ligna, lapides, tribulos, quibus itinera viarum dissimulantur ad hostes impediendos, uti et cæcis sub terrâ fossas, muscipulas, apertas pariter fossas, denique quicquid necessitas suggerit, ut viæ hostibus præcludantur. Quare alio sensu *scandalum* dicitur quòd in illis occasio nem præbet lapsus vel ruinæ spiritalis proximi.

(2) Nam ex superbià credebatur quòd nullus auderet moveri ad resistendum sibi. (Lyranus.)

FURORE NIMIO EXARSIT, quòd Judæorum del-

solebant, Danielis 6, vers. 10. Habent igitur hoc in capite viri et femine, pueri natque grandiores, plebei et laici omnes, ecclesiastici et sacerdotes, minores et majores, plurima quæ imitari queant, dignissima. Fuit enim omnium exitus felicissimus, prout sequens historia tota monstrabit, et breviter hic à Græco monetur. *Exaudivit Dominus vocem eorum, et respexit afflictionem eorum.* Etenim, si ut supra ex Luca 18 dictum est, vidua iniquitatis judicem exoravit, et inde à minori ad majus argumentatur Dominus, licet etiam forsitan hic argumentari. Assyriorum opera vidit Deus, Jonæ 3, cum homines et jumenta, et bores, et pecora jejunarent, saccisque operirentur, cur, contra furentes jam Assyrios, electorum suorum, clamantium ad se, *dicit ac nocte, sese vehementer afflictantium, pulvere conspergentium, cilicia præcingentium, inedia sibi et infantulis, et brutis animalibus indicentium, vindictam non faciat?* Præcepta Christi, ait D. Ambrosius serm. 86, arma sunt Christianis; et divinus timor terrorem à nobis expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, quibus nos Salvator instruxit, oratio, misericordia, atque jejunium. Jejunium enim melius quàm murus tuetur; misericordia facilis liberat quàm rapina; oratio longius vulnerat quàm sagitta; sagitta enim non nisi proximè conspectum percussit adversarium; oratio autem etiam longius positum vulnerat inimicum.

CHAPITRE V.

1. On donna avis à Holoferne, général de l'armée des Assyriens, que les enfans d'Israël se disposaient à lui résister, et qu'ils avaient fermé les passages des montagnes;

2. Et il fut transporté de colère et tout embrasé de fureur; et il manda tous les princes de Moab, et les chefs des Ammonites, qui s'étaient rendus à lui;

3. Et leur dit: Dites-moi qui est ce peuple

licum apparatus, sui et Nabuchodonosor contemptum interpretaretur. (Menochius.)

(3) VOCATIVITUR OMNES PRINCIPES. Ipsi enim habitabant propè Judæam, propter quod de statu Judæorum melius dicere poterant veritate. (Lyranus.)

Centes ejusmodi Holoferni sese submisserant. Addit Græcus, appellasse pariter *sarapas maritimo*, id est, Phœnicia, et Philistæorum, quæ gentes jugum cum cæteris subie-rant. (Calmet.)

(4) IN GRÆCO. Holofernes appellat filios Chanaan: *Nuntiate mihi, filii Chanaan.* Non satis exploratam habebat originem Moabiturum, et Ammonitarum; neque illi, neque Philistæi

populus iste, qui montana obsidet, aut quæ, et quales, et quantæ sint civitates eorum; quæ etiam sit virtus eorum; aut quæ sit multitudo eorum, vel quis rex militiæ illorum;

4. Et quare præ omnibus qui habitant in Oriente (1), isti contempserunt nos, et non exierunt obviam nobis, ut susciperent nos eum pace (2)?

5. Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait: Si digneris audire, domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo, de populo isto qui in montanis habitat, et non egredietur verbum falsum ex ore meo.

6. Populus iste ex progenie Chaldaeorum est (3).

7. Hic primum in Mesopotamià habitavit (4), quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant in terrâ Chaldaeorum.

8. Deserentes itaque cæremonias patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant,

9. Unum Deum cæli coluerunt (5), qui

originem è Chanaano duxerant: hujus appellatio nominis propriè unis Phœnicibus convenit. (Calmet.)

(1) Græcus emendatiss, ut arbitror, legit: *Qui habitant in occidente.* Judæa enim occidentalis erat Assyria, Chaldæa, et Arabiæ desertis. Nec tueri potes lectionem vulgatæ, nisi ponas, tunc Holofernem in aliquâ è mariiimis urbibus fuisse, quæ Hierosolymam et diuionem Judæa habent orientalem.

(2) Nous ne pouvons faire attention à l'étonnement où paraissait être Holoferne, de ce que les juifs continuaient à lui résister, lorsque tous les autres peuples s'abaisaient enfin sous lui, sans tirer une instruction importante de ces deux différentes conduites du peuple de Dieu et des autres nations. Beaucoup de gens témoignent d'abord du mépris pour les ordres d'Holoferne, c'est-à-dire pour les maximes du prince du monde qu'il nous figurait. Mais il y en a peu qui continuent jusqu'à la fin à mépriser ce qu'il demande. La moindre tentation, les moindres menaces, les moindres attaques les abaissent tout d'un coup, et les font aller comme au-devant de leur ennemi pour se rendre ses esclaves. Mais la multitude de ceux qui s'assujétissent de cette sorte au prince du siècle par leur lâcheté et par le dérèglement de leur conduite, n'est jamais une raison aux vrais serviteurs de Dieu pour imiter leur exemple. Plus le nombre des personnes qui persévèrent dans leur devoir est petit, plus ils ont lieu d'espérer qu'ils font

qui occupe les montagnes; quelles sont leurs villes, et quelle en est la force et le nombre; quelle est aussi la puissance de ce peuple, leur multitude, et le général de leur armée.

4. Et pourquoi ils sont les seuls entre tous les peuples d'Orient qui nous ont méprisés, et ne sont point venus au-devant de nous pour nous recevoir en paix?

5. Alors Achior, chef de tous les enfans d'Ammon, lui répondit: Seigneur, si vous daigniez m'écouter, je vous dirai la vérité touchant ce peuple qui habite dans les montagnes; et nulle parole fautive ne sortira de ma bouche.

6. Ce peuple est de la race des Chaldéens.

7. Il habita premièrement en Mésopotamie, parce qu'ils ne voulaient pas suivre les dieux de leurs pères, qui demeuraient dans le pays des Chaldéens.

8. Ayant donc abandonné les cæremonies de leurs ancêtres, qui se rapportaient à la pluralité des dieux,

9. Ils adorèrent un seul Dieu du ciel, lequel

partie du petit troupeau que le Fils de Dieu, dans S. Luc, appelle d'un nom qui marque qu'il est non seulement petit, mais très-petit. *Nolite timere, pusillus grex.* Quo si le démon, figuré par Holoferne, en conçoit de la fureur, et se prépare à les attaquer avec d'autant plus de force, qu'étoit en très-petit nombre ils osent lui résister, qu'ils sachent que le troupeau qui appartient à Jésus Christ, et qui est véritablement son peuple figuré par cet ancien peuple d'Israël, n'a rien à craindre de ses ennemis après qu'il l'a rassuré par ces paroles si consolantes: *Nolite timere, pusillus grex.* Car ce peut Holoferne avec toute son armée contre le peuple de Dieu, sinon l'attaquer pour l'obliger d'avoir recours au Seigneur, et se préparer à lui-même une perte et une confusion inévitable? (Sacy.)

(5) Constat inter omnes, Abrahamum ortum esse ex patre Thare in Ur, Chaldæorum urbe, è quâ egredii jussus est à Deo, ut iret primo quidem in Haran Mesopotamiæ, deinde in Chanaanitidem. (Calmet.)

(4) In stirpe et principe generis sui Abrahami; nondùm enim erat populus.

Noluerunt sequi, etc. Deo videlicet se Abrahamo manifestante, et migrationem imperante, quod valet ad confundendum odium huic populo, dictumque fortassè est ab Achior ne Judæorum causam agere videretur, non autem veritatem candidè fateri. (Menochius.)

(5) Deum cæli nominat, et deinceps alumnus inculcat num. 5. 12 et 19. fortassè ad terrorem Holoferni incutendum. (Menochius.)

et præcepit eis ut exirent inde, et habitarent in Charan (1). Cumque operuisset omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus.

10. Cumque gravaret (2) eos rex Ægypti, atque in ædificationibus urbium suarum in luto et latere subjugasset eos, clamaverunt ad Dominum suum, et percussit totam terram Ægypti plagis variis.

11. Cumque eiecissent eos Ægyptii à se, et cessasset plaga ab eis, et iterum eos vellent capere, et ad suum servitium revocare,

12. Fugientibus his Deus cœli mare aperuit, ita ut hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, et isti pede sicco, fundum maris perambulando transirent.

13. In quo loco dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, ut non remaneret vel unus qui factum posteris nuntiaret.

14. Egressi verò mare Rubrum, deserta Sina montis occupaverunt (3), in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requievit.

15. Illic fontes amari obducati sunt eis ad bibendum, et per annos quadraginta annonam de cœlo consecuti sunt.

16. Ubicumque ingressi sunt (4) sine

(1) Damus hic Græcum hujus versiculi, fatis explicantem quod contractus est in Vulgata: *Ejecerunt eos, Chaldaei Abrahamum et suos, à facie eorum suorum, deorum scilicet Chaldaeorum. Et fugerunt in Charan, et incoluerunt ibi dies multos. Et dixit Deus eorum, ut exirent de incolatu suo, et irent in terram Chanaan. Et habitaverunt ibi, et multiplicati sunt auro et argento, et in pecoribus multis valde. Et descenderunt in Ægyptum (operuerat enim faciem terræ Chanaan fames) et incoluerunt ibi, quoad usque aucti sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam, et non erat numerus generis eorum. Et insurrexit in eos rex Ægypti, etc. Peccat in narratione sua non semel Achior, neque id mirum in homine alieno et milite. Abrahamum substituisse dicit in Haran dicit; quod optimo chronologis non probatur: ibi enim hœno circiter illum detinet. Miscere insuper videtur iter Abrahami in Ægyptum cum itinere Jacobi. (Calmet.)*

leur commanda de sortir de ce pays-là, et d'aller demeurer à Charan. Mais une famine ayant couvert tout le pays, ils descendirent en Égypte, où il se multipliaient de telle sorte pendant l'espace de quatre cents ans, que leur armée ne pût être comptée.

10. Comme le roi d'Égypte les traitait avec dureté, et les accablait de travail en des ouvrages de terre et de brique, qu'il les obligeait de faire pour bâtir ses villes, ils crièrent à leur Dieu, qui frappa de différentes plaies toute la terre d'Égypte.

11. Et lorsque les Égyptiens les eurent chassés de leur pays, et que la plaie eut cessé, et qu'ils voulurent s'en rendre maîtres de nouveau, et les remettre sous leur esclavage,

12. Le Dieu du ciel leur ouvrit la mer lorsqu'ils fuyaient, de manière que les eaux s'affermirent de côté et d'autre comme une muraille, et ils passèrent à pied sec, au travers du fond de la mer.

13. Et l'armée des Égyptiens, qui était innombrable, les ayant poursuivis dans ce lieu, fut tellement ensevelie dans les eaux, qu'il n'en demeura pas un seul qui pût apprendre cet événement à leurs descendants.

14. Après qu'ils furent sortis de la mer Rouge, ils campèrent dans les déserts de la montagne de Sina, dans lesquels personne n'avait jamais pu habiter, et où nul homme n'avait jamais pu demeurer.

15. Là les fontaines qui étaient amères devinrent douces pour eux, afin qu'ils pussent en boire; et durant l'espace de quarante ans, ils reçurent du ciel la nourriture qui leur était nécessaire.

16. Partout où ils entraient sans arc et sans

DESCENDERUNT IN ÆGYPTUM, Jacob scilicet cum universâ familiâ suâ. (Menochius.)

(2) Græcus: *Insurrexit eis; decepit illos, callidè induxit in servitium, etc. In eamdem phrasim incidit Moyses: Venite, sapienter opprimamus eum. Vetus Vulgata fert: Gravante illos (rege Ægypti) in luto et latere, et humiliaverunt illos Ægyptii, et posuerunt illos in seruos. (Calmet.)*

(3) Græcus brevissimè pro versiculis 14, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20: *Ægyptii eiecerunt eos à facie suâ, et exsiccarit Deus Rubrum Mare ante eos; et duxit eos in viam Sina, et Cadesbarne, et eiecerunt omnes habitantes in deserto, et habitaverunt in terrâ Amorrhæorum, et omnes Eschônites exterminârunt in fortitudine suâ, et transeverunt Jordanem, hæreditârunt universam montanam.*

(4) Hæc pertinent ad tempora Josue, quibus Israëlita terram Chanaanæorum occupaverunt. (Menochius.)

arcu et sagittâ, et absque scuto et gladio, Deus eorum pugnavit pro eis, et vicit.

17. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui (1).

18. Quotiescumque autem præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, et in gladium, et in opprobrium.

19. Quotiescumque autem penituerunt se recessisse à culturâ Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi.

20. Denique Chananæum regem, et Jebusæum, et Pherezæum, et Hethæum, et Hevæum, et Amorrhæum, et omnes potentes in Hesebon (2) prostraverunt, et terras eorum, et civitates eorum ipsi possederunt.

21. Et usquedum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem.

22. Nam et ante hos annos cum recessissent à viâ, quam dederat illis Deus, ut ambularent in eâ, exterminati sunt præliis à multis nationibus, et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam (3).

(1) Discè hic servitio Deo: sic enim Deus te faciet inexpugnabilem, et omnibus hostibus superiorem. Sin autem, sinet te à quibusvis subigi et conculcari. Idem discant urbes et regna, eorumque reges et principes. Audi graves hæc de re duorum Patrum gnomas: unus est S. Hier. epist. 43: « Nostri, ait, peccatis barbari fortes sunt, nostris vitiiis Romanus fugatur exercitus. » Alter D. Ambros. serm. 85: « Civitati, non nisi propter civium peccata, infertur excidium. Desine peccare, et civitas non peribit. » Gentibus ergo peccantibus timenda est Dei vindicta et excidium; non peccantibus verò speranda est securitas et felicitas. (Corn. à Lap.)

(2) Potentes isti Hesebonis sunt Og et Sehon, sed hic præsertim, qui Hesebone regnabat. Victorem hanc de rege Hesebonis idcirco memorat Achior, quod ejus regis ditio Ammonitica proxima esset. Addit Græcus: *Vicit Sicheu et omnes Gergesæos. Vicina Sicheu regio parebat Hevæis. (Calmet.)*

(3) Addit Græcus: *Templum Dei ipsorum factum est in pavimentum (dejectum est), et civitates eorum capte sunt ab adversariis. Hunc locum majori fiducia urgent adversarii in epichiam à nobis hinc historicè assignatam. His enim demonstrari aini, et veluti oculis subiecti captivitate Babylonicam, ac templi eversionem. Neque minus dispersè reditus è captivitate exprimitur v. 25: *Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione quâ dispersi fuerant, adunati sunt, et ascenderunt**

siège, sans bouclier et sans épée, leur Dieu combattait pour eux, et il demeurait toujours vainqueur.

17. Et il n'y eut personne qui s'élevât contre ce peuple, sinon lorsqu'il s'est retiré du service du Seigneur son Dieu.

18. Car toutes les fois qu'ils ont adoré un autre Dieu que le leur, ils ont été livrés en proie au glaive et à l'opprobre.

19. Et toutes les fois qu'ils se sont repentis d'avoir abandonné le culte de leur Dieu, le Dieu du ciel leur a donné la force pour se défendre.

20. Enfin ils ont vaincu les rois des Chananéens, des Hébreux, des Phéréziens, des Héthéens, des Hévéens, des Amorrhéens et les plus puissants d'Hesebon; et ils ont pris possession de leurs terres et de toutes leurs villes.

21. Et ils ont été heureux tant qu'ils n'ont point péché contre leur Dieu, parce que leur Dieu hait l'iniquité.

22. Aussi il y a quelques années que, s'étant retirés de la voie que leur Dieu leur avait marquée pour y marcher, ils ont été taillés en pièces par diverses nations; et plusieurs d'entre eux ont été emmenés captifs dans une terre étrangère.

montana hæc omnia, et iterum possident Jerusalem. Addit Græcus, eam regionem, antequam hi ante redirent, desertam fuisse. Phrasis hæc: *Factum est in pavimentum*, nonne pro sensu exprimit dejectum fuisse templum, eversum, solo æquatum? Per similes phrasas, quæ in probatissimis Græcis scriptoribus leguntur, nonne demolitionem, eversionem, excidium significant? Si captivitas hæc reditusque populi obiter tantummodo et semel indicarentur, accipi utique possent de brevi populi oppressione; at semel, iterum et sæpius repetuntur: populus Hierosolymam amisit, regio squalida et deserta jacuit.

Respondere 1^o Græcum sanè textum Judithæ favere, uti quidem videtur, plurimum opinionum eorum, qui hanc historiam post captivitatem revocant, uti capite 4, 2, animadvertum est; sed discrepat plurimum à Vulgata. 2^o Voces Græcæ in hoc textu non omnino congruere cum exemplis Græcorum scriptorum recitatis. Eorum enim verba proprie sonant eversionem ad solum usque, et ad ima usque fundamenta, cum Scriptura hic tantummodo exhibeat templum factum in pavimentum, id est, ut Syrus explicat, conculcatum, violatum, profanatum, instar profani loci habitum, ob scelera nefandamque impietatem eo loco exercitam, dedicatis simulacris, neglectâ adflicti restoratione, diripis opibus et impiis numinibus sacro. Vetus Latina versio fert, raptos fuisse in captivitatem ipsos

23. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum, ex dispersione quâ dispersi fuerant, adunati sunt, et ascenderunt montana hæc omnia, et iterum possident Jerusalem, ubi sunt sancta eorum.

24. Nunc ergo, mi domine, perquire si est aliqua iniquitas (1) eorum in conspectu Dei eorum: ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, et subjungati erunt sub iugo potentie tue.

25. Si verò non est offensio populi hujus coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos (2): et erimus in opprobrium universæ terræ.

26. Et factum est, cum cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, et cogitabant interficere eum (3), dicentes ad alterutrum:

27. Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor et exercitibus ejus, homines inermes, et sine virtute et sine peritiâ artis pugna?

28. Ut ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: et cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur (4):

29. Ut sciat omnis gens, quoniam Na-

cum templo: et auctor primi Libri Machabæorum agens de profanato per Antiochum templo Hierosolymitano, phrasim omnino simili utitur: *Sancta tua concitata sunt et contaminata sunt.* Denique auctor tertii Libri Machabæorum ita precantem Simonem summum sacerdotem inducit: *Neque exultent iniqui in superbiâ linguæ suæ, dicentes: Nos concularimus domum sanctificationis, sicut concularunt domas abominationum.* Expugnationem urbis Hierosolymæ à Romanis prædicans Christus, apud Lucam 21, 24, pronuntiat: *Jerusalem calcabitur à gentibus.*

Post Salomonem, quoties scæcer hic locus direptus est? Erarium Sæac Ægypti rex explevit. Regibus Israelis, Syriæ, et Chaldææ cogentibus, reges Juda pretiosissima ejus ornamenta ad eos transulere. Joas sardiendis ruinis plurimum studii contulit. Hæc utique sufficunt ut affirmetur templum dejectum fuisse et eversum.

Adde quòd Judæi urbi et templo mala metuebant; nam et captivitate non ita multo antea redierant, et sacra templi vasa, altare, ipsumque pariter templum è profanatione in pristinam sanctitatem via tunc redierant. Erant igitur tunc templum, altare et vasa sacra expiata: id quòd exponi commodè non potest

23. Mais depuis peu, étant retournés vers le Seigneur leur Dieu, ils furent réunis de cette dispersion; ils ont repeuplé ces montagnes; et ils possèdent de nouveau Jérusalem, où est leur sanctuaire.

24. Maintenant donc, mon Seigneur, informez-vous si ce peuple a commis quelque chose contre son Dieu: et si cela est, allons les attaquer, parce que leur Dieu vous les livrera, et ils seront assujétis à votre puissance.

25. Mais si ce peuple n'a point offensé son Dieu, nous ne pourrions leur résister, parce que leur Dieu prendra leur défense, et nous deviendrons l'opprobre de toute la terre.

26. Or il arriva que lorsque Achior eut cessé de parler, tous les grands du camp d'Holoferne furent émus de colère contre lui, et pensaient à le tuer, se disant l'un à l'autre:

27. Qui est celui-ci, qui ose dire que les enfants d'Israël peuvent résister au roi Nabuchodonosor et à ses troupes, eux qui sont sans armes et sans force, et qui ne savent ce que c'est que l'art de combattre?

28. Pour faire donc voir à Achior qu'il nous trompe, allons à ces montagnes; et lorsque nous aurons pris les plus forts d'entre eux, on le percera de l'épée avec eux,

29. Afin que toute nation sache que Nabu-

de tempore statim post Babylonicam captivitatem. Constat enim, templum urbeque restituta non fuisse nisi longo post tempore, sub Dario filio Hystapsis.

(Calmet.)
Ibi certum est, non loqui de captivitate Babylonicâ. Nam tunc non plurimi, sed omnes abduci sunt; neque à multis, sed ab unica natione Chaldaicâ. Hic ergo respicit Achior ad Æthiopes, ad Ægyptios, ad Syros, ad Assyrios, qui plurimas clades vastitatesque intulerant Israelitis, affligentes ac diripièntes eos.

(1) In Græco ἀνεπίστα, sed ea voce etiam graviora crimina notari diximus ad Tob. 3, 5.

(2) Jam si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. cap. 8. Hæc verba bilingue moverunt Holoferni, ut Achior destinaret morti, eò quòd nullum Deum agnosceret, nisi Nabuchodonosor.

(3) Συκαλοὶ αὐτοῦ, in Græco, id est, discerpere.
(4) Græcus brevis est quam Vulgata; hic enim, pro versiculis 28 et 29, fert: *Quare nunc accendamus; et erunt in escam universi exercitus tui, domine Holoferne.* Hæc verba: *Erunt in escam, in panem exercitus, etc.*, devorabimus eos sicut panem, occurrunt in Moysæ. (Calmet.)

chodonosor deus terræ (1) est, et præter ipsum alius non est.

(1) Rectè terræ, quia nihil juris vel virium habet in cœlum, nec ultra terram ejus potestas se porrigit. Quocirca falsè vult esse Deum. Deus enim dominatur tam cœlo quam terræ. Cur ergo superbis et insanis, ô vermicule terræ, et Deum cœli ad duellum provocas, ut eum divinitate suâ privas et dejicias? Prudenter Tertull. Apolog. 13: « Esto, inquit, religiosus in Deum, qui vis illum propitium imperatori. Desine illum Deum credere, vel colere, atque ita et hunc Deum dicere, cui « Deo opus est. » (Corn. à Lap.)

Observandum quòd Nabuchodonosor vocatur Deus terræ, et non cœli. Videntur enim gentiles in eâ persuasionem fuisse, quòd Deus cœli, si quis caset, tantum curaret ecclesiâ, et quòd ejus potestas aut providentia non extenderet se ad res humanas, et regna terrena, juxta illud Job 22: *Circa cardines cœli perambulabat, nec nostra considerat.* Unde reges Assyriorum cum essent in terrâ admodum potentes, vocabant se deos terræ, et omnes alios deos nationum jubebant exterminari. Adde, quòd Dan. 4, idcirco quoque Nabuchodonosor dicitur ejectus è consortio hominum, donec agnosceret quòd dominetur Excelsus super regnum hominum, et cuiusque volerit, dicit illud. Igitur Nabuchodonosor non agnoscebat Deum cœli dominari super regnum hominum.

(Esitus.)
Animadvertimus impium et absurdum consilium, quòd agitabat Nabuchodonosor, obtrudendi se pro Numine, quæ tamen solius non erat Nabuchodonosoris amentia, cum reges Orientis plerique ea exigèrent à suis subsequa, ut proximè ad cultum accederent. Magni Na-

chodonosor est le dieu de la terre, et qu'il n'y en a point d'autre que lui.

buchodonosoris assentatores, illum monēbant, ut legem ferret, penâ leonum indicit, ne quis quidquam rogaret Deos homines, nisi unum solum solum regem toto mensis unius spatium. Darius Codomannus curru paulo ante (exercitum suum) vectus, et deorum à suis honoribus cultus erat. Alexander Magnus honores sibi divinos, quales regibus Persidis ante se impensum fuerant, decernere statuens, homines sacros est animis adeo fractus, ut impium hoc regis propositum laudarent, commendarentque iniquam offerendi reges supra mortalium conditionem, non ut pium modò, sed prudentem etiam utillemque: *Persas non piè tantum, sed etiam pridenter reges suos inter deos colere; majestatem enim imperii salutis esse tutelam.* Nec minor erat apud Ægyptios veneratio erga principes suos, quos humanâ conditione multò majores habebant. Sed Græcorum plerique hunc morem semper detestati sunt, quantum minus id suadebat illis religio, quam dignitatem demissione abhorrens: hæc enim sola illis demonstrabat, principum in eâ re consilium iniquitatis habere plurimum, et non parum discriminis. Quâ lege, quòd modesti coerceri queat is, qui sibi divinos honores pendit videat? Atheniensis morte damnavit Timagoram, quòd regem Persidis adorasset. Cimon Atheniensis nihil impetravit apud Artaxersem, quòd sibi persuadere non potuerit, ut illum stratus humi adoraret. Spermichis et Balis Lacedæmones, captivi licet, cogi tamen nunquam potuerunt, ut eum principem adorarent; id quòd ille ab omnibus, qui ad se accederent, exigebat. (Calmet.)

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et nuntiatum est Olopherni principi virtutis Assur, quia filii Israel parati erant ad prælium et transitus montanæ concluderant, et muris circumdederant omne cacumen montis excelsi et posuerant in campis scandala. — 2. Et iratus est furorè valde, et vocavit omnes principes Moab, et duces Ammon, et omnes satrapas maritimæ, — et dixit eis: — 3. Annuntiate nunc mihi, filii Chanaan, quis populus hic habitans in montana, et quemam, quas habitant civitates, et quæ multitudo virtutis eorum, et in quo potestas eorum et fortitudo eorum, et quis surrexit super eos rex dux exercitus eorum. — 4. Et cur exererunt dorsum, ut non venirent in occursum mihi, præter omnes habitantes in occidente. — 5. Et dixit ad eum Achior dux omnium filiorum Ammon: Audi, quæso, dominus meus verbum ex ore servi sui, et annuntiabo tibi veritatem de populo, qui habitat montanam hanc propè te habitantem: et non exhibit mendacium ex ore servi tui. — 6. Populus hic sunt prognati ex Chaldæis. — 7. Et incolerunt antea in Mesopotamiâ: quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terrâ Chaldæorum. — 8. Et digressi sunt è viâ parentum suorum, — et adoraverunt Deum cœli, Deum, quem cognoverunt. Et ejeecerunt eos à facie deorum suorum. Et fugerunt in Mesopotamiam, et incolerunt ibi dies multos. — 9. Et dixit Deus eorum, ut exirent de incolatu suo, et irent in terram Chanaan. Et habitaverunt ibi, et multiplicati sunt auro, et argento, et in pecoribus multis valde. — 10. Et descenderunt in Ægyptum (opererat enim faciem terræ Chanaan famem) et incolerunt ibi, quousque aucti sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam, et non erat numerus generis eorum. — 11. Et insurrexit eis rex Ægypti, et circumvenierunt eos in labore, et latere, et humillaverunt eos, et posuerunt eos in servos. — 12. Et exclamaverunt ad Deum suum: et percussit universam terram Ægypti plagis, in quibus non erat curatio. — Et ejeecerunt eos Ægypti à facie suâ. — 13. Et exsicavit Deus Rubrum mare ante eos. — 14. Et duxit eos in viam Sina,

et Cades Barne. Et ejecerunt omnes habitantes in deserto. — 18. Et habitaverunt in terra Amorrhæorum: et omnes Eschbonitas exterminarunt in fortitudine sua. Et transcentes Jordanem, hereditarunt universam montanam. — 16. Et ejecerunt à facie sua Chananaeum, et Pherezæum, et Jebuseum, et ipsum Sichein, et omnes Gergesæos: et inhabitarunt in eâ dies multos. — 17. Et quoadusque non peccaverunt in conspectu Dei sui; fuerunt bona cum eis, quoniam Deus odio habuit iniquitatem, cum eis est. — 18. Quando autem recesserunt à viâ, quam disposuit eis; exterminati sunt in multis bellis plurimum valdè; et captivi ducti sunt in terram non propriam: et templum Dei ipsorum factum est in pavementum: et civitates eorum captæ sunt ab adversariis. — 19. Et nunc revertentes ad Deum suum, ascenderunt è dispersione, ubi dispersi fuerunt illic, et tenuerunt Hierusalem, ubi sanctuarium eorum: et habitaverunt in montana, quoniam erat deserta. — 20. Et nunc, dominator domine, siquidem est ignorantia in populo hoc, et peccant in Deum suum, et videbimus, quia est in eis scandalum hoc; et ascendemus, et debellabimus eos. — 21. Si autem non est iniquitas in gente ipsorum; prætereat, quæso, dominus meus; ne fortè protegat. Dominus eorum, et Deus eorum pro ipsis, et erimus in opprobrium coram omni terrâ. — 22. Et factum est, ut cessavit Achior loquens sermones hos; et murmuravit omnis populus circumdans tabernaculum, et adstant. Et dixerunt magnates Olophernis, et omnes habitantes maritimam, et Moab, concidere eum. — 23. Non enim timebimus à filiis Israel. Ecce enim populus, in quo non est virtus, neque potentia ad aciem fortem. — 24. Quare nunc ascendamus; et erunt in escam universi exercitus tui, domine Olophernes.

COMMENTARIUM.

In capite isto tria sunt: Una scilicet de Judæis interrogatio, ad eam responsio, de hæc ipsi judicium.

Interrogationis verò primò ponitur occasio, vers. 1 et 2, quia scilicet *montium itinera conclusissent* Judæi, et Græcè additur, *ἵνα ἐκκεῖν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀσκήσαντες, quia possissent in campis scandala*. Vocantur verò *scandala* impedimenta et obstacula quæ in viâ quâpiam ita sunt, ut progredi aut vetent, aut progredientem lædant, eumque claudicare faciant, cujusmodi, belli tempore, sunt advolutæ quædam itinerrum moles, arbores, saxa, sparsique lapides et murices. Hinc verò in Scripturis peccata et peccatorum occasiones, quæ in Dei mandatorum cœlique viâ retinent, morantur, impediunt, lædunt et sauciant, scandala dicuntur. Puto, ait S. Hieronymus lib. 2, contra Pelagianos, quod peccatum scandalum sit, quod per scandalum venit. Nisi fallor enim *ἐπιπέδον* (quod apud 70 Exodi 10, vers. 7, legitur, pro quo apud Aquilam est *περιπετασμένη*) et *ἀσκήσαντες* apud Græcos ex offensione et ruinâ nomen accepit. Atque hinc Matthæi 5, et 1 Corinthi 8, *ἀσκήσαντες*. Rom. 14, *τὸ ἴδιον ἀσκήσαντες*. Roman. 17, *πεισῖν*, Apocalyp. 2, v. 14, *βδελύξαι, scandalizare, scandalum ponere, facere, facere*. Et 2 Petr. 2, Christus Dominus *petra scandali* dicitur *non credentibus*, qui in eum, qui *credentibus est lapis electus et angularis*; suâ ipsi malitiâ et pravitate, impingunt, ex eo claudicandi, sequæ seipsos obledendi occasionem captant. Deinde ii, quibus interrogatio facta est, recensentur, *principes Moab et duces Am-*

mon, vers. 2. Græcè adduntur satrapæ omnes oræ maritimæ, Philistæi scilicet. Hi enim qui Judæorum ab Oriente et Occidente vicini, optimè de iis responsuri videbantur, vel potius iis infestissime consulturi. Magnum enim malum, malus vicinus. Tertio, ipsa interrogatio est vers. 3, quæ partim simplex, partim comparata. In illâ interrogatur, de Judæorum populo, civitatibus, virtute, multitudine, rege. In istâ verò queritur, cur Orientalibus aliis sint imperterritiores Judæi, neque ut cæteri, Holofernis illicò jugum subeant. Pro iis qui *habitant in Oriente*, habet Græcus *habitantes in Occidente*, quod magis consentaneum versui quinto captis secundi. Nihilominus tamen eadem sententia est. Nam qui ad orientem solem habitant, aliquando se propriè ad omnes qui Occidentis terras incolunt, comparant; aliquando se aliosque circumcirca propiores, etiamsi ad Occidentem vergant, cum iis tantum conferunt, qui remotissimè in obeuntis solis regionibus habitant. Priore modo Judæi sunt Assyrii occidentales, et sic loquitur Latinus, cap. 2, Græcus isto capite. Posteriore modo iidem adhuc Orientales sunt, et sic isto loco Latinus.

QUESTIUNCULA.

Officiatne hujus historia: vel temporè vel auctoritati, Holofernis interrogatio

Ex declaratâ jam Holofernis interrogazione, contra Manassæum historię hujus tempus, adeoque contra historiam ipsam, ejusque auctoritatem, magnum et primum scandalorum,

uti paulò ante loquebamur, suorum (in viâ siquidem veritatis, quid aliud hæreticorum argumenta sunt?) facit, jacitque Wittakerus: « In principio, ait, quinti capituli Holofernes, quando sensit populum Judæorum, bellum meditari ac parare, duces omnes convocat, ab eisque querit, quis ille populus esset, et quem ducem haberet. Verùm, si Manasses paulò ante captus à rege Chaldæorum, et Babylonem deportatus fuisset, nec populum illum, nec regem Judæorum Holofernes aut Chaldæi ignorare potuissent, ut illi ab Achiore Ammonitâ hæc querere ac discere necesse esset. Sic enim querunt de populo, de regione, de urbibus, de hominum potentia, de genere militiae, de duce ac rege, quasi qui nihil unquam de Judæorum gente audire vissent. At Chaldæi jam prius huic populo bellum intulerant, Judæam vastaverant, Hierosolymas ceperant, regem Manassæum secum in Babyloniam abduxerant. Ergo hæc, quæ nunc queruntur, illis ignota esse nequam potuissent. » Tota tanti scandali vis est hæc: Qui cognoscere vult, nescit; quisquis interrogat, cognoscere vult; ergo quisquis interrogat, nescit. At Holofernes nullo modo nescire potuit. Ergo. Propositio illa vera ut concedatur, duplicem cautionem requirit: Unam, ut, qui cognoscere vult, significet, qui cognoscere desiderat, quod desiderium scilicet rei sit absentis. Alioqui, etiam dum cognoscimus, cognoscere volumus. Vult Deus quæ cognoscit, cognoscere. Volo quæ scio non nescire. Non vult Wittakerus quæ sibi nota, ignota esse. Altera est, ut nescire modo eodem accipiatur, quæ cognoscere desideratur. Alioqui sæpè scimus, quæ cognoscere desideramus. At non eodem modo. Scimus imperfectè: perfectius cognoscere avemus. Videmus in ænigmatè et per speculum; videre facie ad faciem cupimus. Assumptio verò penitus falsa est. Docent enim grammatici et rhetores, et, absque istis, ipse quotidiani sermonis usus, plurima plurimos interrogare, quæ norunt optime, tantum ut vel suam aliquam admirationem proponant, ab alio facti alienijus confessionem eliciant, ea quæ norunt, laudent, vituperent, extollant et deiciant atque contemnant. Plena exemplorum profana literatura. Sed, intra sacrorum Bibliorum terminos, scandalsent ipsi nostrum, quæ non ignoramus, interrogamus. Cùm Adamum interrogaret Dominus, Genes. 3, vers. 9, *Ubi es?* an ubi ille esset, ignorabat? Cùm ibidem vers. 11,

rursùm interrogaret: *Quis indicavit tibi quòd nudus esses?* an quis indicasset, non noscebat? Cùm interrogando pergeret vers. 15: *Quare hoc fecisti?* an quare fecisset, noscebat? Cùm capite 4, vers. 6, dixit Caino Dominus: *Quare iratus es? et cur occidit facies tua?* quare iratusque hujus causam non tenuit? Cùm iterum dixit vers. 9: *Ubi est Abel frater tuus?* an ubi exanimis et mactatus jacebat iste, non perspexit? Tandem cùm adjunxit vers. 10: *Quid fecisti?* non plagas, et eadem ipsam viderat, non sanguinis vocem de terrâ clamantem audierat? Cùm idem Dominus ab Eliâ percuteretur 3 Reg. 19: *Quid hic agis, Eliâ?* cùm ab Jeremiâ cap. 1: *Quid tu vides, Jeremiâ?* ab Amos cap. 7: *Quid tu vides, Amos?* apud Malachiam 1, vers. 10: *Quis est in nobis qui claudat ostia, et incendat altare meum gratiis?* num horum et quidquam ignotum erat? Equid verò sibi vult Moyses cùm Numer. 16, vers. 11, interrogatio istâ utitur: *Quis est Aaron, ut murmuretis contra eum?* fratrem non norat? Equid Nabal, cùm 1 Reg. 25, vers. 10, Davidis pueris respondet: *Quis est David, et quis est filius Isai?* an qui filium Isai, et fugitivum postea servum vocat, de Davide nihil audierat? Equid Jehu, cùm Jezezelem intrans, Jezezelem videns, 4 Reg. 9, vers. 32, stipulares rogabat: *Quæ est ista?* Num qui annos plures in Achab, Joramique regum aula versatus erat, et quidem inter palatinos summæ ipse auctoritatis, et cum regibus familiaritatis, libid. vers. 5 et 25, reginam non mutatâ veste fugientem, sed regio cultu fulgentem, stibio depictis oculis nitentem, regio capitis ornatu augustam, è fenestris despicientem, voces etiam, quæ audirentur, mittentem, non agnoscebat? Non igitur quisquis interrogat, ideò ignorare, quia interrogat, existimandus, siquæ absque ullo veritatis vulnere aut molestiâ, totum Wittakeri scandalum removeret. Hæc siquidem Holofernis interrogaciones, non sunt omnino ignorantis, et de quibus nihil unquam audivisset, prout isti videri vult, exquirentis, sed sunt interrogaciones militis, et militis qui præter ipsius opinionem et voluntatem, ipsi tantas copias ductanti, suisque viribus præstidenti resistere quidam audeant; mirantis, irascentis, hostes vilipendentis et contemnentis, quasi diceret: Quid istic novi? Tam instructamque innumerabiles copias cùm habeam? tot jam urbes, provincias, populos, fulminis instar, quàm occisimè pervaserim, omnes vel solo Assyrii nominis terrore perculerim, di-

eite, obscuro, quis iste tam stolidus, tamque ineptus et veors populus, qui, me ut arceat, montana obsidere, arma parare, meque contra tueri audeat? Quae, quales, et quante ipsorum, etiamsi essent iis quas jam diripimus, majores et munitiores civitates? Quae tanta eorum virtus? Quae, contra tot pedum equitumque myriadas, eorum multitudo? Quis rex militiae illorum, suae ipsius imbecillitatis et fortunae tam immemor, cum nuper adhuc captus, et è carceribus catenisque nostris vix pridem effugerit? Hanc verò esse Holofernis mentem non negabit, qui adverterit primò ad similem interrogationem, vers. 27: *Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, homines inermes, et sine virtute, et sine peritâ artis pugnae?* Achiores videbant Holofernis magnates; loquentem diu audierant, Ammonitarum duces sciebant, et tamen, præ irâ et contemptu, interrogant: *Quis est iste?* et suam de filijs Israel opinionem, ob quam sic antea Holofernes interrogarat, clarè aperiant, homines esse inermes, imbecillos, reique militaris imperitos. Præterea eodem modo, sequentis capituli initio ipse Holofernes in Græco: *Quis est tu, Achior, et mercenarie Ephraim?* Tertio, non mercenarie Ephraim tantum eo versu nominat Holofernes, sed hoc etiam cap. 5, vers. 5, Moabitas, Ammonitas et Palestinos, filios Chanaan appellat. Cur ergo et filios Israel ignoret, qui tantam vicinorum habet notitiam? Quarto, si quis consideret; tota et tam altè repetita ipsius Achioris narratio huc tendit, ut ostendat non aded Israelitis despiciatui habendos: sed summo eos Numini charos esse, ipsiusque auxilio et manu maximas sapissimè res gessisse, uti non falsò intellexerunt Holofernis duces, vers. 26 et 27, ipsemet etiam cap. 6, vers. 2. Quintò, hic ipse tumidorum, verbisque ipso penè caelos territantium Pharaonum, Goliathorum et Rabsacarum loquendi modus est, plenus fastu, sui ipsorum admiratione, aliorum omnium contemptu. *Quis, aiebat Pharao, Exodi 5, vers. 2, est Dominus, ut audiam vocem ejus?* Cum inespisset Philistæus, et vidisset David, despexit eum, 1 Reg. 17, vers. 42. Dixitque Rabsaces, 4 Reg. 18, vers. 29: *Hæc dicit rex magnus Assyriorum: Quae est ista fiducia, quâ niteris? Numquid liberaverunt, vers. 35, dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum; ubi est Deus Emath et Arphad? Quinam illi sunt, vers. 28, in universis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu meâ, ut possit erueri Dominus Jerusalem*

de manu meâ? Et Nabuchodonosor Daniels 5, vers. 15: Quis est Deus, qui eripiet vos de manu meâ? Postremò: nimium imperitus archistrategus, eoque prorsus nomine indignus Holofernes fuisset, si propriè ac verè, quanquam ista gens, et quæ regio esset, contra quam agmina tanta duceret, ignorasset, præsertim cum in hæc ipsa regione ac gente, recentissima essent Assyriorum trophæa Phulis, Theglath-phalaaris, Salmanasaris et Sennacheribi, etiamsi Manassæ captivitas nulla fuisset, 2 Paralip. 33, vers. 11. Hæc historia ergo hujus vel temporis vel auctoritatis prorsus nihil officit Holoferniæ hæc arrogans et fastuosa interrogatio.

Responsio verò ad interrogationem istam fit ab Achlore, qui mendosè in Sulpitio Accitior scribi solet, diciturque omnium filiorum Ammon dux, ut ejus opulentiæ dignitasque perspicua sit. Ammonitæ siquidem à filio Loth Ammon, populum magnum efficiunt, eorumque principes plures nominantur, Jeremie 49, vers. 5, Amos 1, vers. 13, et rex præpositus, 1 Reg. 11, 2 Reg. 10, vers. 1, Jerem. 40, vers. 14, erantque, ut ait in Amos 1, D. Hieronymus, Arabes, quorum metropolis erat celebrata illa Rabbath, 2 Reg. 1, quæ postea dicta fuit Philadelphia et Syrorum sermone *Hamma*, utin idem Amos caput 1, notat Theodoretus. Jam verò auctor Traditionum in Paralipomena, libro 2, docet Idumæos quoque Ammonitarum sibi nomen tribuere, cum scilicet contra filios Israel pugnae velent, quia, inquit, ob reverentiam paterni nominis (Edom) volebant in pristino habitu arma movere contra Israel; sed transfigurabant se in habitum Ammonitarum. Nam lib. 2 Paralip. 20, vers. 4, ita scriptum est: *Congregati sunt filii Moab et filii Ammon, et cum eis de Ammonitis*. Dum cum illis Ammon congregantur Ammonitæ, nonne alii atque alii significantur? Sive ergo Ammonitarum improprie dictorum etiam, sive propriè tantummodò dictorum dux erat Achior, quia Græcè et Latine omnium erat, fuit sanè potens et magnus. Et ut videamus, quam benè conveniant verbi nomina sæpè suis, exponitur ejus nomen, frater lucis. Constat verò ejus oratio exordio, narratione, conclusione.

Illud temporis, loco et personis accommodatum, plenum demissionis, prudentiæ et gravitatis est vers. 3. Sed ex eo potissimum discernimus in omni sermone, quicumque de re, eorum quibuscumque et ubicumque, veritatem semper dicere. Deponentes, ait S. Apostolus

QUESTIUNCULÆ.

Quomodo adversariorum et prosperorum, in Latino et Græco textu vers. 22, 25, exempla, libri hujus auctoritatem nihil omnino immittunt.

Qui Latinum solummodò textum aspiciunt Lyranus et Carthusianus, vel Græcum etiam, sed ita ut historię hujus tempus captivitate Babilonicæ posterior existiment, iis hic scrupulosum planè nihil est. Nobis verò, qui et textum utrumque penè committimus, et ad Manassæ Babilonio è carcere liberati tempus, historiam eandem revocavimus, eadem jam facilitate graff non licet. Nam ut è Latino primò aliquid afferam, quod et quomodò super reverè ad Dominum Deum suum, ex dispersione, qui dispersi fuerant, adunati sint? Quæ ista dispersio, et ex eadem, quæ adunatio vel collectio? Rursum quomodò dicitur, iterum possident Hierusalem. Qui enim iterum aliquid facit, id aliquando facere ante desiderat. Quando verò, ante infelicem illi Sedeciæ annum ultimum desiderint Judæi Hierosolymam possidere? vel certè ante Joakimum, et Joacimum reges, à Babilonio Nabuchodonosore abductos. Sed in Græco plus inest difficultatis, quam idcirco solam in Bellarmino sibi evibrandam censuit Wittakerus: Quando, inquit, Holofernes in Judæam venit, templum eversum fuerat. Tunc enim hæc verba Achioris in libro Græco: *Templum Judæorum in Hierosolymis eversum fuit, et solo æquatam, et civitates eorum occupatæ*. Sed in illa Manassis captivitate, nulla fuit templi eversio; solo templum solo æquatam fuit ante regnum Sedeciæ, in quo magna illa captivitas contigit, quod omnes profectò intelligant. Addeam ego et alia: primò, hæc ipsa pharsa, non nisi quando funditis et templum et Hierosolyma eversa est, uti Josephus, cum lib. 10. c. 11, ait: *Jussit Nabuchodonosor incendere templum, et regios, et urbem ad solam usque tollere, cumque facta hæc omnia postmodum explicat, verbis utitur duobus, incendi, evertit*. Quid horum verò ante illud tempus factum? Deinde in eodem Græco, supra 4 vers. 2: *Recenter à captivitate ascenderant, et super omnis Judæa populus collecta erat; et vasa, et altare, et domus in profanatione, sacra erant*. Quæ ista tam recens captivitas et ex eâ reditus, et quidem totius Judææ populi? Quæ vasorum, altaris templique profanatio et iterata consecratio seu expiatio? Nihil tamen omnia hæc

Ephes. 4, vers. 25, mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. Solonis ut ait Laertius, lex erat: Ne mentiaris. Apud Persas quidem olim pueri à pædagogis et doctores edocentur, tanquam disciplina educantur, verum loqui. Mentiri, ait libro de educatione liberorum Plutarchus, servile est, odio dignum, ac ne mediocribus quidem servis ignoscendum. Cum verò sit omnis homo mendax, Psal. 115, Rom. 3, vers. 4, id est, ad mendacium intertendum aliquid vel propensus vel temerarius et inconsideratus, debet culibet quotidie fixum hoc et firmè constitutum esse: Non egredietur verbum falsum ex ore meo. Sed ista curâ vel inprimis egent, quibuscumque principibus viris negotium est, præsertim cum in consilium adhibentur, vel ab iis, certis de rebus, interrogantur, ne, ut libro 3, ait Thucydides, præter animi sententiam, et ad gratiam quidquam loquantur. Ab Charidemo apud Curtium lib. 3, et Demarato apud Herodotum lib. 7, exempla peti possunt non inepta, de quibus forsitan aliquid postea.

Narratio multa complectitur, primò, primam Judææ gentis originem in Chaldæa, vers. 6; deinde, illinc migrationem, migrationisque causam, vers. 7, 8, 9; tertio, habitationem in Chârentis urbe ibidem; quarto, professionem in Ægyptum, et commorationem ibidem, vers. 9; quinto, discessum indidem, vers. 10, sexto, nonnulla quæ in itinere mirabilia, transitum per mare Rubrum, vers. 12, commorationem in Sinai solitudinibus, vers. 14, dulcoratos fontes, vers. 15, celestem manne annonam ibidem; victorias divino auxilio potius quam armis paratas vers. 16; septimò, generales causas partim rerum in eo populo adversarum, vers. 17, 18, partim etiam prosperarum, vers. 19; octavò, Chanaanæ terre possessionem, quoad initium et progressum, vers. 20; denique horum confirmationem quandam ab exemplis tum prisicis tum recentibus, in calamitosissecundisque temporibus, vers. 22 et 25, per peccata nimirum et penitentiam, per Deum cultum, ejusque legis observationem aut violationem aut restitutionem. Erant in istis quasiunctulæ benè multe. Quia tamen in Genesi, Exodo, secutisque libris opportuno sunt loco peractæ, non committam ut à composito, veluti corpore membra divellam, et hæc illæque spargam. Cause tantum ille generales arunarum vel proprietatum notentur, et una hæc.

traditam historiae hujus aeternitatem ac tempus labefactant, idque ut intelligatur, Latinum primò textum exponam, deinde quæ ipsius Graeci propria sunt.

In illo igitur calamitates varis primò traduntur vers. 22, ante hos annos, ait. In Graeco non est, sed valet: *Olim et nuper, praeteritisque iam remotis quam propinquis temporibus; praeterea, exterminati sunt praesulis à multis nationibus*, de Babyloniâ captivitate palam est, sermonem non esse, cum una tantum Chaldaeorum natio nominaretur. Licet enim in Babyloniâ Nabuchodonosoris exercitu, nationes plures militare potuerint, quemadmodum et in Holofernis jam exercitu videmus, una tamen, quæ cæteras sub signis suis habet, easque ad bellum deducit, est, quæ hostem suum vincere, captivos abducere, cæteraque hostilia facere dicitur. Sic enim et propheta loquuntur, et scriptores alii cum sacri, tum profani. Sed quæ ista multæ nationes? Sume vel unum Judicum libellum in manus: lege capitis 3 versum 8, 12, 13, cap. 4, vers. 2, cap. 6, vers. 1 et 3, cap. 10, vers. 7, cap. 15, vers. 1, et invenies Israelitas nostros quando à viâ, quam dederat illis Deus, recesserant, exterminatos olim à Mesopotamiis, Moabitibus, Ammonitis, Amalecitis, Madianitis, cæterisque, ut caput illud 6, vers. 3, loquitur, *orientalium nationum*, denique ab Ægyptiis et Philisthaeis, ita ut cap. 10, vers. 11, dixerit illic Dominus, ita ut cap. 10, vers. 11, dixerit illic Dominus, quod loco huic lucis non parum affert: Numquid non Ægyptii et Amorhaei, filiique Ammon et Philisthim, Sidonii quoque et Amalec et Chanaan oppresserunt vos? et clamastis ad me, et erui vos de manibus eorum. Adjunge verò, si libet, libros etiam Regum, et libri 3, cap. 11, vers. 14, comperies bella, clades, vastitatesque plurimas ab Idumæis, Syrisque, modò Damascenis, modò aliis illatas, adeò ut lib. 4, Reg. 17, vers. 20, scriptum sit: *Proiecit Dominus omnem Israel, et afflicti eos, et tradidit eos in manu diripientium, donec proiecerit eos à facie suâ*. Et ne de recentissimis Assyriorum tantummodò cladibus cogitares, adjectum est vers. 21, *ex eo jam tempore, quo scissus est Israel à domo David; constituerunt sibi regem Ieroboam, filium Nabat. Novæ autem clades et recentissimæ sunt non Israelis tantum per Assyrios, sed et Hierosolymitani regis Manassæ, 2 Paralip. 33, vers. 11. Pergit verò hic Latinus noster, et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam. Quis neget in tot, tantisque bellis, stragibus, vastationibus quam plurimos,*

in victorum terras; duramque servitutem abstractos? Quis cum Manasse rege in compe-des et ferrum compactos quamplurimos? Dum verò signatè ait, *plurimi eorum*; significat nunquam ad hoc usque tempus, universum simul populum abductum, quod tamen perpaucis; et è viliori plebe relictis, 4 Reg. 25, vers. 12 et 22, Jerem 59, vers. 9, cap. 40, vers. 7, factum Sedeciae temporibus in extremâ illâ captivitate. Quemadmodum ibidem cap. 17, vers. 23, dicitur: *Translati sunt Israel de terrâ suâ in Assyrios?* ita et cap. 25, vers. 21: *Translati sunt Juda de terrâ suâ*. Threnorum 1, vers. 3: *Migravit Judas*, 2 Paralip. 26, vers. 20: *Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem, servitit regi et filius ejus, donec imperaret rex Persarum*. Ideoque hic locus eos potius arguit, qui posteriora illa tantum Persicorum regum tempora meditantur. Cum enim magnas et calamitates et salutes ostendere vellet, in communi illo gentis totius excidio, ex usitato quotidiani hominum sermonis, ipsiusque divini etiam verbi usu, dixisset potius omnes quam plurimi, quemadmodum Isaias cap. 64, vers. 6: *Facti sumus ut immundus omnes nos; eccidimus quasi folium universi*. Jeremias cap. 6, vers. 13: *A minore usque ad majorem omnes auaritia student, et à propheta usque ad sacerdotes cuncti faciunt dolum*. Cap. 8, vers. 6: *Nullus est qui agat penitentiam: omnes conversi sunt ad cursum suum*. Vers. 10: *A minimo usque ad maximum omnes auaritia sequuntur; à propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium*. Et de Judæâ post captivitatem illam, vulgaris hic sermo erat, Jeremias 32, vers. 43, quòd in eâ non remanserit homo, et iumentum, et data sit in manus Chaldaeorum. Jam post calamitates tam veteres quam novas, ponuntur quæ ex penitentia ortæ sunt salutes, non omnes quarum facta erat mentio vers. 19, sed ex omnibus una, quæ tempore novissima memoriâ et ipso ejus fructu testatissima. Nuper, ait, reversi ad Dominum. Græcè *vñ, nunc, jam*. Sermo est de reversione per Manassæ factâ. Nam ipse 2 Paralip. 33, vers. 13, oravit Dominum suum, et egit penitentiam, cognovit, quòd Dominus ipse esset Deus; abstulit, vers. 13, deos alienos, et simulacrum de domo Domini; aras quoque quas fecerat in monte domus Domini, et in Hierusalem, et projecit omnia extra urbem, præcepitque Judæ, vers. 16, ut serviret Domino Deo Israel; Helbraicè, dixitque ipsi Judæ, id est, egit cum Judâ, ei suavit et persuasit, ut serviret Domino Deo Ie-

raei. Sicque reversi sunt ad Dominum Deum suum, et ex dispersione, quâ tum, partim abductione, partim fugâ et latebris, dispersi fuerant, rege redeunte adunati sunt, et ascenderunt montana hæc omnia. Montanorum potissimum meminit, quia, ut in Græco est, *deserta erant*, translatis jam in Assyriam tribus Israel, uti significatum Deuter. 7, Exod. 25, 4 Reg. 17, et iterum possident Hierusalem, iterum, inquam, quia vel abducti ex eâ fuerant, vel ex eâ fugerant, et, quemadmodum 2 Reg. 11, v. 17, Jerem. 40, v. 12, cap. 43, v. 5, vel in Ægypto vel alibi, delituerant, eam possidere desiderant, jamque postliminio eam possident, imò, et omnes, etiam qui ex eâ non excesserant, iterum eam possident, quia novo modo, renovatâ libertate, pristinoque politis jure, patriam obtinent. Licet verò in Græco non istud, iterum, sed tantum *ἀπερχομαι ἱεροσόλυμας, obtinuerunt Hierosolymam*; jam tamen clarè, ut opinor, patet Latini textus expositio, et ad omnia, quæ questunculæ initio ex illo quæsitâ sunt, responsio.

Ad Græcum venio, in quo est illa quidem, quam objicit Wittakerus, difficultas, sed ab ipso, contra quem objicit, prius mota et objecta, imò et dissoluta. Si veritatis esset amans hæreticus, debuisset non difficultatem tantum aperire, sed vel ejus dissolutionem approbare, vel cur non approbare, ostendere, ipsumque refutare. Verum ita ex D. Thomâ, cæterisque scholasticis, quæ mendicârunt argumenta, solent interdum Calvinus, Melancthon, Chemnitius, alique id genus lucifuga, ea apud imperitos venditare: solutiones verò eorum dissimulare. Nos verò Bellarminum ipsum audiamus. «Nec verò, ait, movere quemquam debet, quòd in textu Græco auditur, etiam templum fuisse solo æquatum, quando dispersi sunt Judæi. Nam illa verba supposita videntur, quando quidem S. Hieronymus, qui fidelissimè trans-e tulit hunc librum ex Chaldaeo sermone in Latinum, nihil de eversione templi in suâ editione posuit.» Huic rationi, quam ne verbulo quidem succedere Wittakerus potuit, possunt et hæc adjungi, quòd Græcum sæpius textum mendosum deprehendamus, quòd ad calamitatem istam exaggerandum, eorum homine profano et belli duce irato, ab homine prudente, multò magis injecta mentio fuisset regis urbis, non captæ modo, sed et inflammatæ, dirutæ, soloque penitus æquatæ, 4 Reg. 25, vers. 9 et 10, 2 Paralip. 36, vers. 19. Si supposita tamen ea verba concedere

liberet, exponi possent de summâ et extremâ illâ templi vastatione, seu profanatione, quam fecerat olim Manasses. Nam 4 Reg. 21, vers. 4, extraxit aras (Baal) in domo Domini, de quâ dicit Dominus: *In Jerusalem ponam nomen meum*. Et extraxit altaria universa militis casti in duobus atris templi Domini. Posuit quoque, vers. 7, idolum luci, quem fecerat in templo Domini, super quo locutus est Dominus ad David, et ad Salomonem filium ejus: *In templo hoc et in Hierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum*, 2 Paralip. 33, versu 4 et 5; *edificavit altaria in domo Domini cuncto exercitui cæli in duobus atris Domini*; versu 7, *sculptile quoque et constatile signum posuit in domo Domini*. Firmatur expositio hæc ex Græcis captis quarti verbis antea citatis. Primò, quia in istâ, quâ de agitur, vastatione, significant mansisse vasa, altare et ipsam Dei domum, sed eorum omnium βεβήλωσιν, id est, profanationem tantum fuisse, seu, ut Josephus lib. 10, capite 4; *μωσαίων, pollutionem, cum de Manasse ait: Μωσαίων ἐπίμαχος τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ*. Deinde non ait vasa, altare, templum reedificatum; uti Zorobabæ tempore fieri oportuit, sed tantum ἱερὰ μόρια, id est, sanctificata. Polluta siquidem mundarii, profana expiari; et rursum sacri debebant. Tantum superest, ut quo tunc modo potuerit stans manensque templum si; ἱεράρον ἱερῶσθαι, aperiam. Fieri hoc bifariam potuit. Primò, συνεδρασιῶς, quia magnæ illius partes dissectæ, dissolutæ, solo æquatæ jacebant, uti non obscure colligas ex 4 Regum 22, versu 5 et 6, 2 Paralip. 34, vers. 10 et 11, cum curavit sanctissimus Manasse ipsius nepos, ut ingenti collectâ pecuniâ, ædiles INSTAURARENT templum, et infra quæque sarcirent. At illi dederunt eam artificibus et cæmentariis, ut emerent lapides de lapidinis, et ligna ad commissuras ædificii, et ad contiguationem domorum quas DESTRUXERANT reges Juda. Deinde, possunt ea verba simpliciter verti, fieri in pavementum, id est, templi sanctitatem ita violari, quasi commune quoddam publicumque solum esset, quòd omnium jam pedibus conculcatur. Nam ἱεράρον solum, pavementumque significat, et discrimen esse potest inter id, quod ex Josepho afferebatur, si; ἱεράρον καθαρόσθαι, et inter id, quod hoc loco Græcus ait, si; ἱεράρον ἱερῶσθαι. Illud enim valet, ad solum usque tolli, solo æuari, funditus excindi, idèque ad hoc magis explicandum, non simpliciter

